





18  
No. 1111.  
81

# OBSERVATIONES IVRIS CONTROVERSI

Q V A S

P R A E S I D E

1790 4<sup>a</sup>

D. ERNESTO GODOFR. CHRISTIANO  
K L V G E L I O

DIG. VETER. P. P. O. CVR. PROV. ELECT. CONSIST.  
ECCLES. SCAB. ET ORD. ICTOR. VITEB. ITEM IV.  
DICII PROVINC. IN LVSAT. INFER. MARCH.  
ASSESSORE.

DIE XXIX. DECEMBER. A. C. R. MDCCCLXXX.

H. L. Q. C.

D E F E N S V R V S E S T

A V C T O R

F R I D E R I C V S S A L O M O W E I S S  
GROSSENHEINA MISN.

---

V I T E B E R G A E ,  
L I T T E R I S T Z S C H I E D R I C H I T .

OBSEERVATIONES VIVIS CONTROVERSI

ET CAVITATUM

PRÆBESIDE

DILEXITO GODDOR CHRISTIANO

KYRGELIO

DILEXIT AVIUS A CETERIS MUNERIBUS  
PRO TERRA DILECTORI ALITER TANDEM  
NON TANDEM HABEAT TUTUS MARCHI  
PENITENTIALE IN TERRA TUTUS MARCHI

282258

282258 MARCHIENSIS E. R. MEDICINAE

282258

282258

282258

282258

282258

282258

282258

V I R O  
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO  
D O M I N O  
C A S P A R O G V I L I E L M O  
A B E R L E P S C H

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE A CVBICVLIS, VT ET IN  
CIRCULO THVRINGICO PROFECTIONVM MILITARIVM COM-  
MISSARIO NEC NON SERENISSIMI HASSIAE LANDGRAVII CA-  
MERARIO HEREDITARIO, DYNASTAE IN SCKASSA, HEN-  
NIGSLEBEN, LISLAV, ET NAVNDORFF ETC.

MAECENATI SVO OPTIMO MAXIMO  
HOC QVALECVNQVE SPECIMEN IN VENERATIONIS SVAE  
TESTIMONIVM SACRATVM

DEVOTISSIMO ATQVE OBSTRICTISSIMO  
FRIDERICO SALOMONE WEISSIO.

V I R O  
L E M P T U S T I A T O E G E N E R O S I S S I M O  
D O M I N O  
G A S P A R O C A T I F E L M O  
A B E R R E P S C H

S E P T E M B E R I N D E C T O R I S Z A C C O N Y S A C C A T A T T I N  
C I R C A D I O T H R I V E S C O P L O D E C I O N A M A M U T T R I U M C O M  
M U T T R I O M E C M O N S E C U R I T Y S M A S S A V I Y N D E S A N C A  
M I L A R D O H E R R D I T A R D O D U C H I N S K Y S C H A V Y H A N  
N I C H T R I C H T E R I S S A V I T H A V A N D O F F R E

M A E C E N A T I S A O O P T I M O M A X I M O

N O T Q U A L I T O N G A E S P O G I M I N I A V I N E S A T O N I G S A V E  
T E R T I O M I N I A C O M A T Y

E N D P I C C O S A I O M O N E M E R S I O .

...en memorem secula A... admodum etiam in tempore  
Hoc praeceptum non quicquam de communione mino-  
rum et ligiosarum. Sunt tamen diversorum legi-  
um in eundem probibitum. Et inquit Iustus. Non  
dico ei potest. Tunc vero illi quodcumque pectentur  
ne si eundem iuris est. Quia etiam in eundem  
sententia minores. Ceterum in aliis  
in eundem.

### Observatio I.

*De vocabulo Bande und Rotte quaedam.*

In rescripto d. d. 27. April. 1762. quod exhibit ex-  
imius Lipsiensis ICtus, Püttmannus, in element.  
jur. crim. §. 485. sanctum legimus: Dass bey Einbrü-  
chen und Raeubereyen, welche von Banden oder Rot-  
ten, mit Ausübung vieler Gewalt durch peinigen, schla-  
gen, verwunden, und dergleichen begangen worden,  
auf die Strafe des Rades – erkannt werden soll: Verbo  
Rotte autem scribit ICtiss. Püttmannus tres minimum ho-  
mines, iique haud fures simplices, sed raptiores et graffato-  
res significantur. Ratio hujus adserti sine dubio est,  
quia per verba Banden oder Rotten collegium intelli-  
gendum est, et tres collegium facere discimus ex l. 85.  
D. de V. S. Neque enim in hac lege distinguitur inter

A 3

colle-

collegium licitum et illicitum. Atque societatem maiorum hominum, qui illicitum finem intendunt, collegii nomine venire, nos docet Tit. C. de collegiis et corpor. Quid autem erit sentendum, si quis, in rapina committenda, vſus sit ope filii et vxoris. Eritne is cum sociis secundum verba illius rescripti puniendus, si torquendo, verberando, vulnerando, rapinam commiserrit? Evidem filium, objicietur forsitan, jussu patris potius, quam sponte rapinam commisisse, eique ideo poenam ordinariam non imminentere. Sed sane vana erit excusatio, quoniam patria potestas eo se non extendit, vt pater liberis delictum mandare queat. Neque tamen negaverim, filium tunc inprimis, si pubertatem nondum adeptus, ex arbitrio judicis, habita rerum, quae circumstant, ratione, v. g. si solum arma tulerit, vel ex praecepto patris per fenestram intraverit, mitius puniri posse. Ast imperfectum putaret quis illicitum collegium, quando pater, dum rapinam exerceat, ope filii impuberis vtatur. Etenim sub vocabulo Bande oder Rotte prout hanc Püttmannianam sententiam supra laudavi, haud fures simplices, sed raptore intelligendi et grassatores, vix autem videtur filius adhuc impubes raptor et grassator esse posse, praesertim, quoniam vires ipsi

ipſi adhuc deficiant, raptoris personam agendi. Verum tamen non video, cur pater in casu proposito mitius puniendus, quin eum puto potius graviori poena, si leges permetterent, esse coercendum, dum institutione sua filium ab ineunte aetate statim delicta atrocissima perpetrare docet, et reipublicae non bonum civem, sed raptorem educat. Iam quid de vxore, cujus opera maritus in rapina committenda vtitur, justum sit, videam. Nullum dubium est, quin mulier quoque membrum collegii esse possit, puta collegii opificii vel mercatorii, et hinc intelligimus, eam etiam illiciti collegii sociam esse posse, et sub membris eius, quod appellatione Banden vel Rotten significamus, comprehendi. Neque enim malis propositis est libera, immo saepe majore cupiditate luctum capiendi, ac masculus, flagellatur foemina, eaque neque consilio idoneo neque vi destituta, quam ob causam non est, cur ipsam rapinae incapacem judicemus. Neque obstat, in legibus earum expresse non fieri mentionem, veluti in art. 126. C. C. C. solum vocabulum Raeuber, occurrere, atque regulam iuris communis ex l. 1. π. de verb. signif. foeminam sub appellatione masculi venire, in causis criminalibus ob strictam earum interpretationem merito pati exceptionem, ita vt in his foemina

foemina non videatur comprehendendi in verbis legis in masculinum sexum conceptis. Crediderim potius, nihil interesse, si res nostra lucri faciendi causa dolo malo auferatur, vi personae illata, auferat eam masculus an foemina. Etenim nec hoc distinguitur, vtrum masculo an foeminae violenter res sit erecta. Certe nulla idonea differentiae ratio reddi potest, sed eadem vis, eadem securitatis publicae violatio cernitur. Iuvat quoque, quod ad Saxoniam, sententiam meam Mand. de anno 1719. et in primis Mand. de anno 1753. §. 3. vbi legislator generalem sanctionis rationem reddit his verbis: Weil durch dergleichen Einbrüche oder Raeubereyen nicht nur der öffentliche Land- und Hausfrieden gebrochen wird, sondern auch viele ihres Vermögens beraubet und einige um selbiges anzugeben bis auf den Tod gepeiniger, geschlagen, und verwundet auch wohl gar würklich getötet worden, so sollen diejenigen (hic non distinguitur inter masculum et foeminam) welche bey dergleichen That und Rotte angetroffen — ohne Unterschied ob sie solche selbst verübt oder nur auf der Wache gestanden, ingleichen ob sie etwas von dem Raube genossen oder nicht, von dem Leben nach Beschaffenheit derer vorfallenden Umstaende durch den Strang oder das

das Rad gestraft werden. Iam, cum haec mandata etiam in Rescripto supra laudato citentur et confirmentur, eo minus dubii relictum esse potest, quin poena foeminis eadem, quae masculis, in hac causa sit irroganda. Ecquis caveat, vt tres mulieres aliquando societatem ineant, vt rapinam faciant! Repte igitur Mylius jamjam ad Beyeri delineationem jur. crim. Pos. 12. et 13. foeminas rapinae capaces judicavit, quem et alios esse secutos videmus. Nunc autem, quod ad vxorem attinet, quae cum marito rapinam commisit, videtur ea excusati peccasse, si id quidem iussu factum sit mariti. At enim vero idem laudatus Mylius praejudicio confirmavit, vxori non prodesse, si jussu mariti, etiam invita, in crimine rapinae auxilium praebuerit. Ex praemissis igitur concludo, etiam eum, qui filii et vxoris opera in exercenda rapina vtitur, poena ordinaria plecti posse, eique parum prodesse, si dixerit, se non coadunatis hominibus, mit Banden oder Rotten, rapuisse, sed familiae solum operam adhibuisse. Quis enim non animadvertisit, hoc casu familiam, alias societatem licitam, ob finis mutationem in collegium illicitum degenerare. Caeterum rapinam ab uno vel duobus raptibus commissam gladio cum impositione in rotam post mortem coerceri, luculenter probavit Ill. Pauli in Diff.

B

de

de vera rapinae indole, ejusque ex principiis Iur. Sax.  
Elect. coercitione Vitemb. 1777.

## Obs. II.

*Puella propterea, quod stuprum perpeccum, sive voluntarium,  
sive violentum sit, judici non indicaverit, jure  
stricto poena offici nequit.*

Refert Mylius in addit. ad Beyeri delineationem jur. crim. art. C.C.C. 131. Pos. 28. puellae, quae infantem mortuam ediderat, ob solam occultationem et sepulturam privatam a scabinis Lipsiensibus perpetuam relegationem fuisse dictitatam. Sed addit, hanc sententiam ipsis nimis rigorosam videri. Et profecto quidem. Nemo enim alterius delictum regulariter denunciare teneatur, propterea, quod scientia non noceat, idque tam iuri communi, quam canonico consentaneum est, l. pr. D. de furtis, l. 50. D. de R. l. c. 2. X. de accus. Multo minus quis proprium crimen sponte indicare tenebitur. Quoniam igitur lex praecettiva deest, puella quoque, quae stuprum, sive voluntarium, sive violentum, passa tacuit, ob silentium puniri nequit. Tunc sane solum in crimen

crimen incidimus, quando omittimus, quae lex jubet, vel facimus, quae lege prohibentur. Reddi itaque ratio nequit, quod debeat a judice poena stupratae foeminae ob neglectam denunciationem augeri, cum ipsi nec duriorem nec mitiorem lege esse liceat. Provocabis forte ad C. C. C. art. 35. et praesertim ad art. 131. vbi imperator statuit, foeminam, quae clam et remotis peperit obstetricibus, si partus postea mortuus reperiatur, posse torqueri, ergo ex occultatione vteri proxima de facto infanticidio indicia proficisci, quod etiam comprobant interpretes: Heil jud. et def. cap. 5. §. 27. At si verba art. cit. paulo attentius ponderemus, ibi nihil praecepitur, quam ut judex, modo circumstantiae aliae id non dissuadeant, foeminam, quae clam peperit, cujusque partus non vivus existit, tormentis subjecere queat. Continet igitur art. all. normam, quam judex in judicando sequi debet, neutiquam vero ibidem foeminae parturientes, adhibito obstetricum auxilio partum edere, jubentur. Aliud sine dubio dicendum erit, si de prudentia sermo sit. Sed quod prudentiae est, non semper juris est, neque ob indicia quis poena aliqua afficiendus, praesertim, quoniam, quae hoc referuntur, saepius profiscuntur ex imprudentia. Quod tandem ad vi stupra-

tam attinet, eam fidem non mereri, putabimus forte, si ex intervallo temporis, se vi ad stuprum committendum esse coactam, alleget, vti saltim sentit Mylius ad Beyeri Delineat. jur. crim. l. c. Pof. 13. Ego vero, neque hanc opinionem lege niti, neque semper prudentiae respondere, vt, quam passa est, vim, mulier propalet, contendeo. Placet enim mihi philosophia Kressii, qui in commentario ad C. C. C. art. 119. §. 5. N. 2. haec: *Quid, sribit, si foemina castra, bonesta in loco remoto, vbi de actu nulla probatio haberri potest ab homine nullius frangis, fugitivoque violentiam passa, quam prae nimia pudicitia et exinde meruendo diverso hominum judicio, nubendi conditionem amittere verita, siluit, se non praegnantem esse rata, an hoc silentio sibi praejudicabit? Quae cum sint verissima, nimis durum forer, si id silentium, pudicitiae pariter, atque spei comitem, poena haberemus dignum.*

Obs.

## Obs. III.

*Foemina, cui competit jus patronatus ecclesiae, cum alicui collationem munericis sacris absque curatore promisi, quod deinde in terrium aliquem collocaverit, a priore ad interesse conveniri nequit, se de promissione sua consistorium ecclesiasticum certius non fecerit.*

Promiserat aliquando homini cuidam foemina, quae in quodam loco jure patronatus gaudebat, velle, si officium pastoris ecclesiae vacaret, id in ipsum conferre, non tamen consentiente curatore. Vacabat munus. Illa vocabat alium. Quamobrem actionem ad id quod interest, is, cui promissum erat munus sacram, praeparabat. Evidem autem nego, ipsi actionem hanc dandam esse. Et ne habebit quidem, puto, hanc actionem, si promissum a masculo veniret, cuius rei argumenta deinceps propositurus sum, multo igitur minus, cum id foemina sine curatoris consensu promisisset. Scilicet quodlibet pacti objectum arbitrio et liberae dispositioni pacientium subesse, et pactum, in quo objectum non a mea, sed potius a voluntate tertii dependet, obligationem haud producere, expedita ipsisque artis nostrae tironibus notissima res est. Non defunt leges, quibus hoc firmatur. Huc in primis spectat l. fin. C. de pactis, vbi ipsa Iustiniani

B 3

verba

verba haec sunt: *Iubemus etenim, neque donationes aliarum rerum, neque hyposticas penitus esse admittendas, neque aliud quenquam contractum rerum alienarum; cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci, sed* temporum nostrorum non patitur.

Postremis verbis clare indicatur, nullum pactum, nullum contractum rerum alienarum vim obligatoriam habere. Accedit adhuc ad stabiliendam meae opinionis auctoritatem et hoc non contempnenda legi argumentum §. 3. Inst. de invt. stipulat: *Neminem aliud ex sua promissione obligare posse.* Ex his satis perspicuum est, promissionem, in qua factum alterius scienti promittitur, non valere. Eadem quoque opinionem defendit meritissimus de jure nostro Leyserus in specim 521. m. 7. in quo, illum, qui factum alienum promittit, nec de jure civili, nec de jure naturali obligari, contendit, atque ad hanc opinionem demonstrandam vitetur argumentis satis solidis. Non esse supervacaneum, ejus verba hic adscribere, credo, quae sunt haec: *De jure civili certum est, non obligari eum, qui aliud daturum facturumve quid promittit, sed nec jure naturali fecus est.* Nam dum aperte de altero loquor nec quidquam de meo admisco, aperte satis prae me fero, me mibi necessitatem nullam imponere velle. Alter pacifcens ergo, qui

fide-

*fideiussionem, vel evictionis p̄aestationem a promittente exigere  
voluit, mentem clarius exprimere debuit, et quia id non fecit,  
dannum, si quod patitur, imprudentiae suae imputet.* Pro-  
missionem autem collationis muneris sacri talem esse, quae  
factum tertii requirit, v. g. Consistorii, et parochianorum,  
quis est, qui nesciat. Quum ita consensus Consistorii es-  
parochianorum in collatione muneris sacri necessarius sit,  
exinde colligimus, talem promissionem sine consensu con-  
fensi Consistorii, et parochianorum initam nullam vihi  
habere. Quod autem ad nostram Saxoniam attinet, eo  
magis in eum modum statuendum erit, quo luculentius  
nostrae leges foeminis, sive solutis, sive nuptis, pactum  
super rebus immobilibus sine curatore inire prohibent.  
Hoc testantur tres leges clarissime, scilicet Ius Prov. Sax.  
Lib. I. art. 45. const. Eleet. Sax. p. II. const. 15. ei manda-  
tum regium von Verschreibung und Obligation derer  
Weibespersonen de anno 1722. Ius patronatus autem  
reale, et ejus exercitium rebus incorporalibus et, praeser-  
tim quoad inhabitionem, rebus immobilibus esse annume-  
randum, appareat ex c. 21. et 36. X. de jure patronatus,  
quamobrem magni nominis Icti, inter quos Krausius in  
Diff. de concione docimastica §. 15. praeprimis nominari  
meretur, contendunt, mulierem Saxoniam in exercitio

juris



juris patronatus sine curatore sexus nihil recte agere. Cui accedit, jus defensionis et tutelae cum jure patronatus coniunctum esse, vti docet Wesenbeck in cons. 48. N. 3. et 14. Mulieri autem soli tutelam et defensionem ecclesiae committere, cum ipsa ob imbecillitatem sexus subiecta sit tutelae, et praecipuum juris mereatur auxilium, juri minime videtur consentaneum. Si itaque hoc verum est, rem habemus expeditam, et extra omnem dubitationem jam posita mea sententia est. Quoniam autem leges etiam ecclesiasticae huic sententiae favent, de quarum auctoritate in rebus ecclesiasticis inter omnes constat, operae pretium erit, vt illas quoque addam, quo haec, quae jam scripsi, magis confirmantur. Prima lex est c. 5. X. de jure patronatus, vbi verba sic fluunt: *antequam praesentatio per dioecesanum episcopum approbetur ratum non est, quod ab patrono fuerit incoatum, altera autem, c. 24. X. de jure patronatus: Laicus patronus in sua praesentatione ante institutionem episcopi variare et poenitere, ac mutata voluntate alium praesentare potest.* Clarissima sunt horum legum verba, vt nulla interpretatione amplius indigeant. Nimirum, quod in hac causa maximum est, non a sola vocatione hoc dependet, vt quis sacro fruatur munere, sed potissimum a confirmatione superioris ecclesiastici, quam aliquando dene-

denegari, experientia docemur. Non est opus, vt haec pluribus probentur, sed tantum in transitu quasi regulam vſu et ſermone tritam, attingo: *Pacta privatorum jura eccliae non laedant vide c. 7. X. de paetis.* Verum neque hoc transire poſſum, damnum ex eiusmodi promiſſione non adimpta alteri datum incertum eſſe, et nullo modo accurate determinari poſſe. Reditus enim clerici plerique ſunt inaequales, vt ſportulae, quae occaſione confeſſionis, baptiſmatis, funerum, et nuptiarum clerico dan- tur, quae etiam ſaepius reliquos reditus quantitate ſupe- rant, ſunt inaequales, vt aliter vix eſſe poſſit, quam quod damnum maneat in incerto. E quibus omnibus adparet, ſolam foeminae collationis muneris ſacri pro- miſſionem ad actionem ad intereſſe instituendam inpri- mis in Saxonia Elecotorali non sufficere, ſed curatoris con- ſenſu, et ſimul, vt Confiftorium ecclesiasticum et paro- chiani conſentiant, opus eſſe. Caeterum in hanc ipsam, quam defendi, ſententiam Ill. Ord. Iurid. Wittenb. hoc ipſo, quo vivimus, anno reſpondiſſe audivi.

C

Obs.

## Obs. IV.

*Conductor, ut sumtu sua infumibulum purgetur, curare debet.*

Ambigua sane videtur quaestio, vtrum conductor infumibulum sive fumarium domus conductae suis sumtibus purgare teneatur. Hoc tamen prius moneo, me in hac causa non agere de eo, quid consuetudinis sit, aut experientia doceamur, sed, quid cum juris conveniat analogia. Consuetudinem enim negativae hujus quaestio-  
nis decisioni favere, lubentissime concedo. Imo id ipsam auxilium inveniri videtur in legibus. Ita enim in l. 55. §. 2. D. locati. Paulus tradit: *In conducto fundo si con- ductor sua opera aliquid necessario vel utiliter auxerit, vel aedificaverit, vel instituerit, cum id non convenisset, ad recipienda ea, quae impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest.* Item Labeo in l. 58. D. locati scribit. *Quidam in mun- cipis balneum praestandum annuis vigintinummis conduxerat: et ad refectionem fornacis, fistularum, salmum rerum, centum nummi ut praestarentur ei, convenerat, conductor centum num- mos petebat; ita ei debere, si in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi satisdaret.* Hae vero leges, si earum te- norem accurate investigemus, nihil disponunt, quam vt conductor, rem conductam suis sumtibus reficere, non  
teneat.

teneatur, ipsique contra locatorem competit aetio, si suis  
 impensis rem conductam refecerit. Aliud autem est aedi-  
 ficium reficere, aliud fistulas fumum eduentes purgare.  
 Refectio enim supponit vitia, quae in substantia rei con-  
 ductae occurunt. Quis autem fuliginem a fumo reliquat  
 ad vitia aedificii referat? Quod si haec adseras, nullum  
 aedificium sine vitiis vnuquam videbis. Nemo potius aedi-  
 ficio tanquam bonis paterfamilias, nisi purget aedificium,  
 vti potest. Iam coductor, qui tenetur, vt culpam levem  
 praestet, vt bonus paterfamilias aedificio condueto vti de-  
 bet. Pro diligentia autem, quam quis ex legis dispositio-  
 ne adhibere debet, nihil potest peti. Ea etiam, quae ob-  
 servanda est, diligentia si omittatur, hoc efficiet, vt con-  
 ductor sit incendii reus, si ex ejus negligentia incendium  
 ortum, quod facilius oritur, si infumibulum non purge-  
 tur. Quantum esset onus locatoris in ea specie, cum fa-  
 ber domum, in qua opifcium suum exercet, conduixerit,  
 qui, vt scimus ignem fere nunquam, ne per aetatem qui-  
 dem, delet, si locator, vt infumibulum interpurgiter, ob-  
 ligaretur. Neque vero dubitatur, quin conductoris sit  
 officium, vt hypocaustum ipse a ffordibus purget, vel per  
 familitium suum, vel, quod idem est, suis familibus pur-  
 gari curet. Neque id in dubium puto vocari, conducto-

rem



rem obstringi ad tollendos cineres e fornace. Nunc autem eandem rationem esse in purgatione fistulae fumo educendo destinatae, quae est in his, nemo non videt. Scilicet, ut rectissime scribit, qui consentit mecum, Bergerus in Oec. Iur. pag. 689. purgatio infumibuli ad impensas fructuum est referenda, qui fructus in calefaciendo et coquendo cibos consistunt. Nec id aliquo modo negari poterit, cum alia etiam commoda conductor ex illo receptaculo habere possit. Quis enim erit, qui non videat, fructum exinde conductorem capere, si farcimina (quorum usum quatenus ex sanguine consistunt Imperator Leo in Nov. 58. interdixit) vel carnes conservationis causa in infumibulum suspendat. Ut tandem aliud, quod simile est, addam, nemo est, qui nesciat, mercedem, quam illi, qui agrum colunt, semina spargunt atque fructus colligunt, accipiunt, non a domino, seu a locatore fundi, sed a conductore, qui illorum hominum opera vtitur, praestari. Simili modo, etiam si fumaria rariata ab ipso posseffore purgentur, nisi admodum sint humilia, ut ex quo labore in pristinum restituant statum, adeoque opera vtitatur posseffor eorum, qui sibi per talem purgationem vietum quaerunt, cum singularis opificii speciem praefrant, tamen merces pro his operis data repeti non poterit.

Wittenberg 1 Diss. 1790

vol 18

f


3

ULB Halle  
003 769 283



sb.





S IVRIS CONTROVERSI

Q V A S

A E S I D E

1790 42

ODOFR. CHRISTIANO  
GELIO

CVR. PROV. ELECT. CONSIST.  
RD. ICTOR. VITEB. ITEM IV.  
N LVSAT. INFER. MARCH.  
SSESSORE.

IBR. A. C. R. MDCCCLXXX.

L. Q. C.

N S V R V S E S T

V C T O R

S SALOMO WEISS

ENHEINA MISN.

TEBERGAE,  
T Z SCHIEDRICHII.